INDICVLVS
BVLLARII SERAPHICI,

Vbi
Litteræ omnes Apoſtolicæ, quæ à principio Religionis Minorum, à Summis Eccleſiæ Pontificibus, pro tota Seraphica S. P. N. FRANCISCI Familia tam in communi, quàm in particulari, hucuſq. expeditæ fuerunt, breuiter recenſentur.

E Regeſtis Summorum Pontificum, Archiuijs Vaticani, Typographia Camerali, Romanæ Curiæ Monumentis, Religionis Protocolis, varijſque totius Italiæ Bibliothecis, ac denique diuerſis libris, tam impreſſis, quam manuſcriptis Codicibus, extracta, collecta, ac diſpoſita.

Per Admodum Reuerendum Patrem
FR. PETRVM DE ALVA, ET ASTORGA
Lectorem Iubilatum, ſupremæ Inquiſitionis Qualificatorem, Prouinciæ Limenſis Patrem, ac in Romana Curia totius Ordinis Minorum Procuratorem Generalem.



ROMAE, Ex Typographia Reu. Cameræ Apoſt. 1655.
SVPERIORVM PERMISSV.
Sumptibus Ioannis Caſoni ſub Signo S. Pauli.





Concedimus licentiam, vt liber iste Reuer. Admod. P. Fratris Petri de Alua Procuratoris Generalis Ordinis Minorum posſit typis mandari ſeruatis ſeruandis. Datum Romæ in Cancellaria Apoſtolica: die 13. Septembris 1654.

Franciſcus Cardinalis Barberinus Protector.

Imprimatur,
Si videbitur Reuerendiſs. P. Mag. Sacri Palatij Apoſt.

Marcellus Anania Epiſc. Sutrinus, & Nepeſinus Viceſg.

Imprimatur, Frater Dominicus Manettus Magiſter, & Socius Reuerendiſs. P. Fratris Raimundi Capiſucchi S.P.A. Magiſtri, Ordinis Prædicatorum.

Reuerendiſsimo Patri

FRATRI PETRO MANERO

Lectori Iubilato, ſupremæ Inquiſitionis Qualificatori,

Ac totius Ordinis Fratrum Minorum Miniſtro Generali Digniſsimo.

REVERENDISS. PATER

CVius in humeris tum cælum, tum Religio leue pondus,& ſuaue onus Seraphicæ huius per totum orbem diffuſæ Monarchiæ Franciſcani Ordinis repoſuit. Verum illud eſt à Caſſiodoro dictum: *Bona certa ſunt, quæ fidem ab exordio trahunt*: Compertum habet Reuerendiſs. P.veſtra,cum olim vna eſſemus in loco illo mirabili Sacratiſſimi Aluernæ montis præcepiſſe mihi, vt adiunctis ſex alijs viris Religioſis Ciſmontanæ huius Familiæ peritiſſimis,de Bullario totius Religionis noſtræ inſtituendo cogitarem; quo priuilegia,& prærogatiuæ noſtræ fuſæ,ac diſſipatæ *ab exordio* Religionis,apud omnes iuſtam *fidem* haberent. Cuius operis iam tunc Reuerendiſs.P.V. prima lineamenta propria manu duxit, Ideamque apud mentem ſuam formatam exhibuit, ad quam ſtylus ſe noſter conformaret; vt cùm exemplum Ideæ reſpondiſſet totius operis ratio *bona*, et *certa*, & numeris omnibus abſoluta euaſiſſet. Itaque iam iſta à mente Reuerendiſs. P.V. principium duxerunt, & *fidem* quaſi à fideliſſima origine *trahunt*. Necminus conſtat Reuerendiſs. P.V. ex illis ſex Patribus operi conficiendo ſocijs deſtinatis, quoſdam ſenecta ægritudine impeditos, quoſdam ad-

ministratione munerum Ordinis occupatos, quosdam intempestiua morte præuentos, impositam mecũ obire prouinciam minime potuisse. Vnde coactus sum solus ego vniuersum opus suscipere, illudque *ab exordio* vsque ad finem perducere. Et quidem summo ad eum laborem me studio comparaui, solicitus, & anxius ne iacta à Reuerendiss. P. V. fundamenta, *quæ* iam, missis in omnem partem litteris, in altitudinem creuerant, irrita fierent. Scripsi ad Reuerendiss. P.V. exponens fructum laboris mei, ac repræsentans ingentem numerum Bullarum, Decretorum, Motuum, ac litterarũ Apostolicarum à me vndique collectarum. Cui sanè rei nõ omnes (vt opinor) præstiterunt *fidem*, quod fortè rem difficillimam iudicarunt. Quare statui breue hoc compendium efficere, & nomine Reuerendiss. P.V. in lucẽ edere, vt sic hucusque acta, *quæ bona*, et *certa sunt*, à quo trahebant exordium; ab eo debitam etiam *fidem* & finem sortirentur. Ex isto Indiculo quanta moles operis futura sit, si integrè ponatur principale assumptum liquido apparebit. Reuerendiss. P. V. obsecro dignetur accipere, tanquam exiguum munusculum à minimo filio profectum, qui & *fidem* ab exordio seruat, & officium reddit ad finem. Seruet Deus, & sospitet Reuerendiss. P.V. pro meo voto, pro cunctorum studijs, pro suis virtutibus eximijs, ad honorem Familiæ, ad Ordinis gloriam, ad Ecclesiæ ornamentum. Datum Romæ ex Couuentu Aracælitano die 17. Septembris 1654.

Reuerendiss. P.V. obsequentissimus filius

Fr. Petrus de Alua & Astorga.

Ad

AD LECTOREM
Seraphicæ Religionis.

PAtres, & Fratres mei. Celebrem illam ſententiam: Verbum abbreuiatum fecit Dominus ſuper terram: diuinitus hauſtam Seraphicus Pater & Patriarcha noſter Franciſcus à proprio, & genuino ſenſu in Regula, ad metaphoricum quoque prædicationis, & ſermonis noſtri ſenſum cum virtute traduxit: iubens nimirum, vt apud nos verbum dicendo, abbreuiatum eſſet. Itaque ex illius præcepto opus hoc, quod Bullarium eſt abbreuiatum in lucem edo. Iuſſerat illud Reuerendiſſimus Pater N. Generalis Frater Petrus Manero colligi, & compingi à ſeptem viris Religioſis totius Ciſmontanæ Familiæ doctiſſimis, ex quibus duo ne dum inchoato opere mortui ſunt, duo ſenio ſe excuſarunt, reliqui duo ad ſuperiores gradus aſſumpti laborem ſtudij refutarunt, perinde ac ſi dare operam litteraturæ, & præfecturæ minime poſſent. Quapropter, totum onus ad me ſolitarium rediјt, & cunctorum operæ in me vno ſunt abbreuiatæ. Accinxi me ad laborem in hac Romana Curia, Chartophilatia exploraui, litteras Apoſtolicas inquiſiui, Bullas collegi, nullum non lapidem moui, vt ex ijs vndequaque congeſtis iuſtum, & integrum noſtræ Seraphicæ Religionis Bullarium conflarem; verũ quem ego magnum Bullarium meditabar, in Breuiarium conuerſum eſt, cuius ea rei cauſa fuit, quod magnifica, quæ mihi facta ſunt de ope, auxilijs, ac inſtrumentis, ad tantũ opus perficiendum neceſſarijs, promiſſa, exilia tandem, & breuia extiterunt. Vicit tamen has difficultates ſtudium meum, ac ne Mater mea Religio pietatis ſuæ

fructu

fructu defraudetur, & nemo ignoret quantum æstimationis, & gratiæ priscis illis sæculis Ordo noster obtinuerit, & quo in pretio à Summis Pontificibus (qui capita sunt Ecclesiæ) habitus fuerit; malui quod non poteram per librum integrum spargere, breui compendio in hanc summam redigere. Accedit, quod cum diuersis, & multiplicatis litteris tum communibus, tum priuatis à Prælatis, & Subditis postularem, vt quas apud se Bullas haberent, illæ ad me mitterentur; nihil omnino consecutus sum, quamquam totius Europæ, Africæ, Asiæ, Americæque Prouincias fatigaßem, vnica excepta Italia, quæ mihi hanc Bullarum, quam represento copiam ministrauit. Quidquid igitur hoc est operis ad nostrum Ordinem pertinens, in hoc breui compendio collectum vobis in vsum offero, vt studiosi videant litteras Apostolicas in Indicem coniectas, & inde obseruent si quæ deficiunt, vt adiungi reliquis possint; facili enim & perspicua methodo scripsisse me puto. Et quidem spectato Summo Pontifice, obseruato anno Pontificatus, & Christi Natiuitatis, ac notato mense, dieque expeditionis, ac præcipuè inspecto argumento Bullæ, facillimo negotio constare potest, vtrum Bulla supersit, an desideretur? Quæ exhibentur, eas inquirere non est opus, quæ desunt, eas nobis remitti, deferrique optamus, idque è re Ordinis nostri, & vtilitate Congregationis, Prouinciæ, Conuentus futurum est. Et si vero huiusmodi Compendium per ordinem Summorum Pontificum deducatur, qui à cunctis Scriptoribus religiosè obseruari solet, Bullarij tamen integri opus aliter à me conceptum, & digestum erat, idest, per materias, & argumenta Bullarum, vti ex proximè exhibita voluminum Idea palam fit, seruato tamen ritè in singulis Tomis ordine Pontificum. Quod si hæc methodus, etsi noua, & insuetata magis arriserit, Lectoribus obsecundabo. Valete, & orate pro me Deum O. Christum D. Mariam V. Franciscum S.

Idea

IDEA
BULLARII SERAPHICI
in decem Tomos distributi.

Continebit igitur
Tomus Primus.

Constitutiones, & Determinationes Apostolicas, circa Regulæ explanationem, Sanctiones circa nostrum modum viuendi, ac Leges Pontificias præscriptas Minoribus.

Tomus Secundus.

Exemptiones, Priuilegia, & Indulta spiritualia, ac temporalia, tam communia respicientia totum Ordinem, quam particularia Conuentuum, ac Monasteriorum.

Tomus Tertius.

Omnia pertinentia ad Sanctitatem, & Cultum, idest, pro Canonizatione, Beatificatione, ac Miraculis: pro Officio diuino, Conceptione Virginis Mariæ, Terra sancta &c.

Tomus Quartus.

Decisiones, Processus, Sententias, atque Oracula Pontificia circa lites, & controuersias tam extra, quam intra Religionem exortas, ac per Summos Pontifices decisas.

Tomus Quintus.

Gratias, & Indulgentias perpetuas, & ad tempus concessas Religioni, Ecclesijs, Conuentibus, Monasterijs, & Altaribus, &c. sed hoc solùm summatim.

Tomus Sextus.

Erectiones Prouinciarum, Custodiarum, Conuentuum Fratrum, ac Monasteriorum Monialium, & alia quamplura hoc directè, vel indirectè respicientia.

To-

Tomus Septimus.

Electiones & prouisiones Ecclesiasticas, & honorificas: verbi gratia, Archiepiscoporum, Episcoporum, Inquisitorum, Nuntiorum Apostolicorum &c.

Tomus Octauus.

Concessiones varias factas, & expeditas pro particularibus ac indiuiduis personis, Missionarijs, Pœnitentiarijs Apostolicis, Generalibus, & alijs ad officia electis.

Tomus Nonus.

Miscellaneam aliquarum Bullarum, Breuium, Indultorum, ac litterarum Apostolicarum, quæ in prȩcedentibus octo Tomis non habuerunt determinatum locum.

Tomus Decimus.

Ordinationes, ac Decreta, tam Sacræ Congregationis, quam Eminentissimorum Protectorum, & aliorum S.R.E. Cardinalium à principio Religionis. *Quorum Index hic non ponitur, quia non sunt litterȩ Apostolicȩ; Et Tomus excederet debitam magnitudinem:*



SVMMI PONTIFICES.
A fundatione Ordinis Minorum, Et quorum Bullæ hic recensentur, secundùm Annorum seriem.

Ordo		Anni.
1.	INNOCENTIVS III. *6. Idus Ianuarij. 8. Ianuarij.*	1198.
2.	HONORIVS. III. *15. Kal. Augusti. 18. Iulij.*	1216.
3.	GREGORIVS. IX. *13. Kal. Aprilis. 20. Martij.*	1227.
4.	CELESTINVS. IV. *9. Kal. Octobris. 23. Septembris.*	1241.
5.	INNOCENTIVS. IV. *8. Kal. Iulij. 24. Iunij.*	1243.
6.	ALEXANDER. IV. *8. Kal. Ianuarij. 25. Decembris.*	1254.
7.	VRBANVS. IV. *4. Kal. Septembris. 29. Augusti.*	1261.
8.	CLEMENS. IV. *Nonis Februarij. 5. Februarij.*	1265.
9.	GREGORIVS. X. *Kal. Septembris. 1. Septembris.*	1271.

10. INNOCENTIVS. V. 1276.
13. *Kal. Februarij.* 20. *Ianuarij.*

11. ADRIANVS. V. 1276.
4. *Idus Iulij.* 12. *Iulij.*

12. IOANNES. XXI. 1276.
Idib. Septembris. 13. *Septembris.*

13. NICOLAVS. III. 1277.
7. *Kal. Decembris.* 25. *Nouembris.*

14. MARTINVS. IV. 1281.
8. *Kal. Martij.* 22. *Februarij.*

15. HONORIVS. IV. 1285.
4. *Nonas Aprilis.* 2. *Aprilis.*

16. NICOLAVS. IV. 1288.
8. *Kal. Martij.* 22. *Februarij.*

17. CELESTINVS. V. 1294.
3. *Nonas Iulij.* 5. *Iulij.*

18. BONIFACIVS. VIII. 1295.
9. *Kal. Ianuarij.* 24. *Decembris.*

19. BENEDICTVS. XI. 1303.
12. *Kal. Nouembris.* 21. *Octobris.*

20. CLEMENS. V. 1305.
Nonis Iunij. 5. *Iunij.*

21. IOANNES. XXII. 1316.
7. *Idus Augusti.* 7. *Augusti.*

22. BENEDICTVS. XXII. 1334.
13. *Kal. Ianuarij.* 20. *Decembris.*

CLE-

23. CLEMENS. VI. 1342.
Nonis Maij. 7. Maij.

24. INNOCENTIVS. VI. 1352.
15. Kal. Ianuarij. 18. Decembris.

25. VRBANVS. V. 1362.
5. Kal. Octobris. 27. Septembris.

26. GREGORIVS. XI. 1370.
3. Kal. Ianuarij. 30. Decembris.

27. VRBANVS. VI. 1378.
4. Idus Aprilis. 10. Aprilis.

28. BONIFACIVS. IX. 1389.
4. Nonas Nouembris. 2. Nouembris.

29. INNOCENTIVS. VII. 1404.
16. Kal. Nouembris. 17. Octobris.

30. GRÆGORIVS. XII. 1406.
Pridie Kal. Decembris. 30. Nouembris.

31. ALEXANDER. V. 1409.
6. Kal. Iulij. 26. Iunij.

32. IOANNES. XXIII. 1410.
16. Kal. Iunij. 17. Maij.

33. MARTINVS. V. 1417.
3. Idus Nouembris. 11. Nouembris.

34. EVGENIVS. IV. 1431.
5. Nonas Martij. 5. Martij.

35. NICOLAVS. V. 1447.
Pridie Nonas Martij. 6. Martij.

36. CALIXTVS. III. 1455.
6. Idus Aprilis, 8. *Aprilis*.

37. PIVS PAPA II. 1458.
14.*Kal. Septembris*. 19. *Augusti*.

38. PAVLVS PAPA II. 1464.
Pridie Kal. *Septembris*. 31.*Augusti*.

39. SIXTVS. IV. 1471.
5.Idus Augusti. *9. Augusti*.

40. INNOCENTIVS. VIII. 1484.
4.Kal. *Septembris*. 29. *Augusti*.

41. ALEXANDER. VI. 1492.
3. *Idus Augusti*. 11. *Augusti*.

42. PIVS PAPA III. 1503.
10. Kal. *Octobris*. 22. *Septembris*.

43. IVLIVS PAPA II. 1503.
Kal. *Nouembris*. 1. *Nouembris*.

44. LEO PAPA X. 1513.
Idibus Martij. 15. *Martij*.

45. ADRIANVS. VI. 1522.
5.Idus Ianuarij. *9.Ianuarij*.

46. CLEMENS. VII. 1523.
13. Kal. *Decembris*. 19. *Nouembris*.

47. PAVLVS PAPA III. 1534.
6. Idus Octobris. 10. *Octobris*.

48. IVLIVS PAPA III. 1550.
6. Idus Februarij. 8. *Februarij*.

MAR.

49. MARCELLVS II. 1555.
5. *Idus Aprilis*. 9. *Aprilis*.

50. PAVLVS PAPA IV. 1555.
10. *Kal. Iunij*. 23. *Maij*.

51. PIVS PAPA IV. 1559.
7. *Kal. Ianuarij*. 26. *Decembris*.

52. PIVS PAPA V. 1565.
7. *Idus Ianuarij*. 7. *Ianuarij*.

53. GREGORIVS. XIII. 1572.
3. *Idus Martij*. 13. *Martij*.

54. SIXTVS. V. 1585.
Pridie Idus Aprilis. 12. *Aprilis*.

55. VRBANVS. VII. 1590.
17. *Kal. Octobris*. 15. *Septembris*.

56. GREGORIVS. XIV. 1590.
Nonis Decembris. 5. *Decembris*.

57. INNOCENTIVS. IX. 1591.
3. *Kal. Nouembris*. 30. *Octobris*.

58. CLEMENS. VIII. 1592.
3. *Kal. Februarij*. 30. *Ianuarij*.


59. LEO PAPA. XI. 1605.
Kal. Aprilis. 1. *Aprilis*.

60. PAVLVS PAPA. V. 1605.
8. *Idus Maij*. 8. *Maij*.

61. GREGORIVS. XV. 1621.
6. *Idus Februarij*. 8. *Februarij*.

62. VRBANVS VIII. 1623.
8. *Idus Augusti.* 6. *Augusti.*

63. INNOCENTIVS X. 1644.
17. Kal. *Octobris.* 15. *Septembris.*



S E-

SERIES
Eorundem Summorum Pontificum secundum ordinem Alphabeti.

Ordo		Anni.
21.	ADRIANVS. V. 4. *Idus Iulij.* 12. *Iulij.*	1276.
45.	ADRIANVS. VI. 5. *Idus Ianuarij.* 9. *Ianuarij.*	1522.
10.	ALEXANDER. IV. 8. *Kal. Ianuarij.* 25. *Decembris.*	1254.
31.	ALEXANDER. V. 6. *Kal. Iulij.* 26. *Iunij.*	1409.
41.	ALEXANDER. VI. 3. *Idus Augusti.* 11. *Augusti.*	1492.
19.	BENEDICTVS. XI. 12. *Kal. Nouembris.* 21. *Octobris.*	1303
22.	BENEDICTVS. XII. 13. *Kal. Ianuarij.* 20. *Decembris.*	1334.
18.	BONIFACIVS. VIII. 9. *Kal. Ianuarij.* 24. *Decembris.*	1295.
28.	BONIFACIVS. IX. 4. *Nonas Nouembris.* 2. *Nouembris.*	1389.

CA-

36. C A L I X T V S. III. 1455.
6. Idus Aprilis. 8. Aprilis.

4. C E L E S T I N V S. I V. 1241.
9. Kal. Octobris. 23. Septembris.

17. C E L E S T I N V S. V. 1294.
3. Nonas Iulij. 5. Iulij.

8. C L E M E N S. I V. 1265.
Nonis Februarij. 5. Februarij.

20. C L E M E N S. V. 1305.
Nonis Iunij. 5. Iunij.

23. C L E M E N S. VI. 1342.
Nonis Maij. 7. Maij.

46. C L E M E N S. VII. 1523.
13. Kal. *Decembris. 19. Nouembris.*

58. C L E M E N S. VIII. 1592.
3. Kal. *Februarij. 30. Ianuarij.*

34. E V G E N I V S. IV. 1431.
5. Nonas Martij. 5. Martij.

3. G R E G O R I V S. IX. 1227.
13. *Kal. Aprilis. 20. Martij.*

9. G R E G O R I V S. X. 1271.
Kalendis Septembris. 1. Septembris.

26. G R E G O R I V S. XI. 1370.
3. *Kal. Ianuarij. 30. Decembris.*

30. G R E G O R I V S. XII. 1406.
Pridie Kal. Decembris. 30. Nouembris.

GRE-

53. GREGORIVS. XIII. 1572.
3. Idus Martij. 13. Martij.

56. GREGORIVS. XIV. 1590.
Nonis Decembris. 5. Decembris.

61. GREGORIVS. XV. 1621.
6. Idus Februarij. 8. Februarij.

2. HONORIVS. III. 1216.
15. Kal. Augusti. 18. Iulij.

15. HONORIVS. IV. 1285.
4. Nonas Aprilis. 2. Aprilis.

1. INNOCENTIVS. III. 1198.
6. Idus Ianuarij. 8. Ianuarij.

5. INNOCENTIVS. IV. 1243.
8. Kal. Iulij. 24. Iunij.

10. INNOCENTIVS. V. 1276.
13. Kal. Februarij. 20. Ianuarij.

24. INNOCENTIVS. VI. 1352.
15. Kal. Ianuarij. 18. Decembris.

29. INNOCENTIVS. VII. 1404.
16. Kal. Nouembris. 17. Octobris.

40. INNOCENTIVS. VIII. 1484.
4. Kal. Septembris. 29 Augusti.

57. INNOCENTIVS. IX. 1591.
3. Kal. Nouembris. 30. Octobris.

63. INNOCENTIVS. X. 1644.
17. Kal. Octobris. 15. Septembris.

IOAN-

12. I O A N N E S. X X I. 1276.
Idibus Septembris. 13. Septembris.

20. I O A N N E S. X X I I. 1316.
7. Idus Augusti; 7. Augusti.

32. I O A N N E S. X X I I I. 1410.
16. Kal. Iunij. 17. Maij.

43. I V L I V S P A P A II. 1503.
Kalendis *Nouembris.* 1. *Nouembris.*

48. I V L I V S P A P A I I I. 1550.
6. Idus Februarij. 8. Februarij.

44. L E O P A P A X. 1513.
Idibus Martij. 15. Martij.

59. L E O P A P A. X I. 1605.
Kal. *Aprilis.* 1. *Aprilis.*

49. M A R C E L L V S I I. 1555.
5. Idus Aprilis. 9. Aprilis.

14. M A R T I N V S. I V. 1281.
8. *Kal. Martij. 22. Februarij.*

33. M A R T I N V S. V. 1417.
3. Idus Nouembris. 11. Nouembris.

13. N I C O L A V S. I I I. 1277.
7. Kal. Decembris. 25. Nouembris.

16. N I C O L A V S. IV. 1288.
8. *Kal. Martij. 22. Februarij.*

35. N I C O L A V S. V. 1447.
Pridie Nonas Martij. 6. Martij.

PAV.

38. PAVLVS PAPA II. 1464.
Pridie Kal. Septembris. 31. *Augusti.*

47. PAVLVS PAPA III. 1534.
6. Idus Octobris. 10. *Octobris.*

50. PAVLVS PAPA IV. 1555.
10. Kal. *Iunij.* 23. *Maij.*

60. PAVLVS PAPA. V. 1605.
8. *Idus Maij.* 8. *Maij.*

37. PIVS PAPA II. 1458.
14. Kal. *Septembris.* 19. *Augusti.*

42. PIVS PAPA III. 1503.
10. Kal. *Octobris.* 22. *Septembris.*

51. PIVS PAPA IV. 1559.
7. Kal. *Ianuarij.* 26. *Decembris.*

52. PIVS PAPA V. 1565.
7. *Idus Ianuarij.* 7. *Ianuarij.*

39. SIXTVS PAPA IV. 1471.
5. *Idus* Augusti. 9. Augusti.

54. SIXTVS PAPA V. 1585.
Pridie Idus Aprilis. 12. *Aprilis:*

7. VRBANVS. IV. 1261.
4. Kal. *Septembris.* 29. *Augusti.*

25. VRBANVS. V. 1362.
5. Kal. *Octobris.* 27. *Septembris.*

27. VRBANVS. VI. 1378.
4. *Idus* Aprilis. 10. Aprilis.

55. V R B A N V S. VII. 1590.
17. *Kal. Octobris.* 15. *Septembris.*

62. V R B A N V S. VIII. 1623.
8. *Idus Augusti.* 6. *Augusti.*



APPA-

APPARATVS

idest

Libri visi, atque recogniti, prò conficiendo nostro Bullario Seraphico.

A

ANnales Minorum, à R.P. Luca VVaddingo elaborati: tomi septem, impress. Lugduni, atque etiam 8. Romæ 1654. in folio.

Annales Patrum Capuccinorum, auctore R.P. Zacharia Bouerio tomi duo, impres. Lugduni 1632. in folio, correcti. impres. etiam Hispanicè, & Italicè 1641.

Annalium Cæsaris Baronij continuatio facta à R. P. Odorico Raynaldo Taruisino: tomi 4. impres. Romæ, ab anno 1646. edita in folio.

Annalium Ecclesiasticorū, eiusdem Eminentiss. Cardinalis Cæsaris Baronij continuatio, per DD. Henricum Spondanum Episcopum Narbonensem. tomi 3. Lutetiæ Parisiorum 1641. in folio.

Annalium Ecclesiasticorum continuatio, per R. P. Abrahamum Bzouium. tomi 7. Coloniæ Agripinæ 1621. in folio.

Apologia perfectionis vitæ spiritualis, siue Propugnaculum Religiosorum omnium, sed maximè Mendicantium, R. P. F. Nicolai à Iesu Maria Carmelitani. imp. Romæ 1626. in 4.

Apostolica priuilegia Fratrum Tertij Ordinis S. Francisci de Pœnitentia nuncupati, Regularis Obseruantiæ Congregationis Lombardiæ in habitu heremitico degentium. Impr. Venetijs 1551. in 4. & extat in Collegio Romano littera E. 4. 19.

Apostolica priuilegia Tertij Ordinis S. P. N. Fräcisci de Pœnitentia per R. P. Antonium de Silis collecta. Liber in 4. absque anno impress.

Archiuium Bullarum Originalium existentium in Conuentu Aracœlitano, S. Francisci Obseruantium in Capitolio.

Archiuium Bullarum, existentium in Conuentu SS. Apostolorum Patrum Conuentualium de Vrbe.

Archiuium & Registrum, existentia apud R. P. Procuratorem Generalem PP. Capuccinorum, in Conuentu Conceptionis de Vrbe.

Archiuium Bullarum, & Breuium originalium, existentium in Collegio S. Isidori, Patrum Hybernorum de Vrbe in Capsis 24.

Archiuium Breuium à Pio V. Pont. Max. vſque ad Innocentium Decimum, exiſtens apud D. Gualterium Secretarium Breuium, ſed huius propter varias cauſas ſolum vidi principium.

Archiuium ſecretum litterarum Apoſtolicarum, quod extat ſub cura, & cuſtodia DD. Centoflorini Camerarij Apoſtolici.

Archiuium Vaticanum, Bullarum à Bonifacio Nono, vſque ad Innocentium Decimum apud D. Tieri, in quo ſunt libri manuſcripti 3666.

Archiuia aliqua particularia, vt ſunt S. Franciſci de Ripa, PP. Reformatorum; Pontis Sixti, Patrum Conuentualium de Vrbe, & aliarum Ciuitatum per vniuerſam Italiam.

Armamentarium noſtrum Seraphicũ, pro tuendo titulo Virginis Mariæ immaculatæ Conceptionis. Impreſ. Matriti 1648. in folio. Habet enim plures Bullas pro hoc miſterio.

Aſcanius Tamburinus de Maradio Monachus Vallis vmbroſæ, de iure Abbatum, & Prælatorum tam Regularium, quam ſæcularium Epiſcopis inferiorum &c. Impreſs. Romæ 1629. in folio. Item eiuſdem tractatus de iure Abbatiſſarum, & Monialium, ſiue praxis gubernandi Moniales, aliaſque mulieres ſub habitu Eccleſiaſtico degentes. Impreſs. Romæ 1638. in fol.

Aſtrum inextinctum, ſiue ius agendi antiquorum religioſorum Ordinũ, pro recipiendis ſuis Monaſterijs &c. auctore R. P. Romano Hay Ordinis S. Benedicti. Impreſs. anno 1636. in 4. Cum eiuſdem theorica R. P. Valentini Mangionio, & Ioãnis Cruſij Bremenſis Societatis Ieſu. Coloniæ 1639. in 4.

Aurea methodus, de modo corrigendi regulares, in qua, vltra vniuerſam practicam criminalem omnibus regularibus competentem, agitur de paterna, fraterna, & iuditiali correctione. Auctore R. P. Spathario de Inciſſa Ord. Minorum; lib. impreſs. Venetijs 1610. in 4.

B

Breuiarium Chronologicum Pontificũ, & Conciliorum omnium, quæ à S. Petro ad hæc vſque noſtra tempora celebrata ſunt. Auctore Franciſco Longo Corialano Minorita. Lugduni 1623. in folio.

Bullæ, Breuia, ac Indulta Apoſtolica, &c. extracta ab Archiuijs S. Eccleſiæ Toletanæ lib. impreſs. Matriti 1635. in fol.

Bullæ, Conſtitutiones, litteræ, ac Decreta Apoſtolica à Pio Quinto Põt. Max. edita &c. lib. impreſs. Romæ 1573. in folio.

Bullæ, Conſtitutiones, & Decreta Gregorij Papæ XV. Pont. Max. lib. impreſſa Romæ in Camera Apoſtolica anno 1623. in folio magno.

Bullæ, & Decreta recentiora Summorum Pontificum, & Congregationum.

eum. lib. impref. Neapoli in 4. absque anno impress.

Bullæ diuersorum Summorum Pont. antiquus liber, fine principio, & fine, qui extat in Bibliot. DD. Cardinalis Barberini impress. in 4. Plut. 10. num. 32. & etiam alter extat ibidem similiter in 4. sed absque numero.

Bullæ diuersorum Sum. Pont. à Ioanne XXII. vsque ad Iulium Tertium. Ex Bibliot. Ludouici Gomez &c. lib. impref. Romæ 1550. in 4.

Bullæ diuersorum Romanorum Pont. incipientes à Bonifacio Octauo, vsque ad Paulum Quartum. lib. impress. Romæ 1559. in folio.

Bullæ, & litteræ diuersorum Pontificũ, incipientes ab Innocentio Tertio, vsque ad Clementem Quartum, in vno tomo M. S. Caracteribus modernis. In Bibliot. DD. Card. Barberini num. 1314 in folio.

Bullæ, ac priuilegia, à diuersis Summis Pontificibus concessa Clericis regularibus, Congregationis Somaschiæ, Anonymo auctore. impress. Venetijs absque anno in 4. Item eorundem compendium priuilegiorum, ac gratiarum &c. impress. Brixiæ 1618. in 8.

Bullæ & priuilegia Montis pietatis de Vrbe, cuius fundator fuit Frater Ioannes Caluo Minorita. lib. impref. Romæ 1618. in 4. regali.

Bullę & priuilegia Congregationis Ministrantium infirmis. Auctore Anonymo. Impref. Romæ apud Typographiam Cameralem 1600. in 4.

Bullæ Pontificiæ variæ impref. & congestæ in vno tomo, existente in Bibliot. Aracælitana, num. 18. incipiente à Pio quarto.

Bullæ seorsim impręssæ in charta expansa, quæ erant in Archiuijs Impręssoris Cameralis. Extraximus enim omnes pertinentes ad nostram Seraphicam Religionem, in tota sua latitudine.

Bullæ variæ seorsim impręssæ in duos tomos, quæ extant in Bibliot. Collegij Romani Soc. Iesu, littera H. Plut. 7. num. 6. & 7.

Bullarium antiquum absque cõpilatore, & loco impress. quod extat in Bibliot. S. Isidori Plut. 1. num. 17. in 4. & etiam alter ibidem num. 13.

Bullarium Benedictinum Congregationis Cassinensis per R. P. Cornelium Margarinum. impress. Venetijs 1650. in folio.

Bullarium Magnum vsque ad Innocentium Decimum Pont. Max. impress. Lugduni, in folio apud Philippum Bordę, Armandum, & Claudium Rigaud.

Bullarium B. Marię de Mercede Redemptionis Captiuorum, à R. P. Seraphino Freitas elaboratum. Matriti 1636. in folio.

Bullarium manuscript. caracteribus antiquis, quod extat in Bibliot. DD. Card. Barberini num. 1312. in folio.

Bullarium M. S. existens in Cœnobio Montis Pulchiani Patrum Conuentualium, compilatum anno 1591. à Fratre Hieronymo de Monte Pulchiano, ex Bullis originalibus, existentibus in Conuentu S. Crucis Florentin.

Bullarium M. S. caracteribus antiquis, distinctum per materias, ex illis

 Sum-

Summis Pont. qui fuerunt Auinione, & extat in nostra Bibliotheca.

Bullarium, seu motus proprij Romanorum Pont. liber impress. Romæ apud Antonium Bladum Impress. Cameralem, incipiens à Iulio Papa tertio: absque anno impress. in folio; Existens in Bibliot. Aracœlitana.

Bullarium Ordinis Eremitarum S. Augustini, per R. P. Laurentium à Empoli. Impress. Romæ 1628. in folio.

Bullarium Regularium, Mendicantium, & non Mendicantium à R. P. F. Emanuele Roderico Franciscano editum, & impress. Antuerpiæ 1623. in folio, & alibi.

Bullarium Romanum à D. Laertio Cherubino editum, tomi quatuor. Romæ 1585. & 1617. cum tomo bullarij Vrbani Octaui Pont. Max. nouissimè impress. Romæ in 3. tomos anno 1638. ab Angelo Maria Cherubino Monacho Cassinensi.

Bullarium Syxti Quinti Pont. Max. siue collectio Cõstitutionum ipsius. impress. Romæ 1588. in folio. Item eiusdem Bullarij pars 2. Romæ apud Antonium Bladum 1590. in fol.

Bullarum Codices diuersi, compilati ex varijs litteris Apostolicis seorsum impressis in Typographia Camerali; quorum vnus extat in nostra Bibliot. Alterum habuimus ex S. Francisco Transtyberim, alio in Bibliot. D.D. Card. Barberini.

Bullarum series ex Archiuio Patrum Recollectorum, Prouinciæ Colonieñ, quarum indicem, & copias quamplures habuimus à R. P. Iacobo Polio, ex Conuentu ad Oliuas.

C

Cathalogus Censurarum, & Irregularitatum, tum Prælatis Sæcularibus, & Regularibus, omnibusque Ecclesiasticis &c. vtilis, & necessarius; Auctore Iulio Cæsare Raynerio. impress. Bracciani 1620. in 8.

Catechismus Nouitiorum, & eorum Magistrorum, omnibus quorumcumque Ordinum Religiosis vtilissimus: auctore R. D. Seruatio Lairbez Doctore Theologo Musipontano. impress. Musiponti 1623. in folio magno.

Chronicon generale Ordinis Minimorum, in quo Pontificum gratiæ, priuilegia, atque omnes Bullæ continentur; auctore R. P. Francisco Ianobio. impress. Lutetiæ Parisiorum 1635. in folio.

Chronologia historico legalis Seraphici Ordinis S. P. nostri Francisci, in qua omnes nostræ Constitutiones, atque aliquæ Bullæ continentur, &c. auctore R. P. Michaele Angelo de Neapoli. impress. Neapoli 1650. in folio.

Collectanea Bullarij, aliarumuè Summorum Pontificum Constitutionum

num &c. à DD. Augustino Barbosa elaborata. impress. Lugduni 1634. in 4.

Collectanea Doctorum, tam veterum, quam recentiorum in Decretales, & ius Pontificium vniuersum: eodem Augustino Barbosa auctore tomi 4. impress. Romæ ab anno 1626. vsque ad 1629. in folio. & Lugduni anno 1647.

Collectanea priuilegiorum omnium, pro Ordine Heremitarum S.Hieronymi: à R.P. Antonio de Via, & impressa Venetijs 1630. in 4.

Collectio diuersarum Constitutionum, ac litterarum Romanorum Pōtificum, à Gregorio Papa VII. vsque ad Gregorium XIII. lib. impress. Romæ 1579. in folio.

Collectio, & compilatio priuilegiorum Fratrum, & Sororum de Pœnitentia Tertij Ordinis S.P.N. Francisci: à R.P. Fr. Elzeario Donuabiense. Lugduni 1614. in 4.

Collectiones antiquæ Decretalium: auctore DD. Antonio Augustino Episcopo Illerdensi; cum annotationibus Auberti Miræi. Parisijs 1621. in folio. Cum epitome Romę 1611. tomi duo.

Commentaria in Bullam Cœnę Domini: auctore Leonardo Duardo Canonico Regulari: Neapoli 1638. in folio, & Mediolani 1620.

Commentaria in Bullam Gregorij XIV. Pont. Max. de immunitate, & libertate Ecclesiastica: auctore Alexandro Ambrosino. Bracciani 1621. in 4.

Commentarius de casibus reseruatis, tum Episcopis, tum Regularibus Prælatis à D. Homobono de Homobonis ex Castro Leone Cremonensi Clerico Regulari. Bononiæ 1617. in 8.

Compendium Bullarij Laertij Cherubini, à Flauio Cherubino eius filio, editum Romæ 1623. in folio. & 1624. in 4.

Compendium Constitutionum Summorum Pontificum, quæ extant à Gregorio VII. vsque ad Clementem VIII. impress. Venetijs 1603. in 4. Et extat aliud eiusdem auctoris, vsque ad Paulum V. impress. ibidem 1605. in 4.

Compendium gratiarum, indulgentiarum, facultatum, & priuilegiorum &c. Archiospitalis S.Rocchi de Vrbe. Italicè impress. Romæ 1951. in 4.

Compendium priuilegiorum, & facultatum Congregationis Clericorum Regularium: collectum à D.Alexandro Peregrino eiusdem Congregationis. impress. Mutinæ 1620. in 8.

Compendium priuilegiorum omnium, & gratiarum Religionis Societatis Iesu. lib. impress. Romæ 1584. & 1586. in 8.

Compendium priuilegiorum Minorum Fratrum, & aliorum Mendicantium antiquum, & absque auctoris nomine. impr. Salamanticæ 1532. in 4.

Compendium priuilegiorū Fratrum Minorum, necnon Fratrum Mendicantium, & aliorum, ord ine alphabetico congestum: à R.P. Alphon-

phonso de Cassarubios. Venetijs 1532. & Coloniæ 1619. & Parisijs 1578. & semper in 8.

Compendium priuilegiorum eorundem Fratrum Minorum, & Religiosarum, sub eorum cura viuentium; nec non aliorum Fratrum Mendicantium ordine alphabetico digestum, & recognitum à Reuerendiss. P. Christophoro de Capite Fontium Ministro Generali. Parisijs 1578. in 8.

Compendium eorundem priuilegiorum Fratrum Minorum, & aliorum Mendicantium, cum additionibus Hieronymi à Sorbo Capuccini, necnon R. P. Antonij à Corduba. Venetijs 1603. in 4. & 1619.

Compendium priuilegiorum omnium, & gratiarum Summorum Pontificum, quibus Fratres Ordinis S. Hieronymi gaudent: collectum per R. P. Fratrem Garziam à Toledo eiusdem Ord. & in Romana Curia Procuratorem. impress. Romæ 1591. in 8.

Compendium quæstionum Regularium R. P. Emanuelis Roderici à Fratribus Minoribus Recollectis elaboratum. Coloniæ 1618. in 4. & sub titulo: Decisiones Regulares, & Canonicæ Venetijs 1619. in 12.

Compendium priuilegiorum, exemptionum, & indulgentiarum concessarum à Sanctissimo Sixto Papa V. Archihospitali S. Mariæ in Porticu gratiarum, alias S. Spiritus in Saxia. Romæ 1586. in 4.

Compendium quorundam priuilegiorum S. Georgij de Alga Venetiarum. liber ibi impress. 1644. in 4.

Constitutiones, ac priuilegia, necnon confirmatio Heremitarũ S. Hieronymi B. Petri de Pisis, quondam Tertij Ordinis S. P. N. Francisci. Anonymi. Viterbij 1614. in 4.

Constitutiones, ac Bullæ Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini, Congregationis S. Saluatoris Lateranensis. impress. à R. P. Iosepho Rauenate. Romæ 1629. in 4.

Constitutiones, & decreta Gregorij XV. Pont. Max. impress. Romæ in Camera Apostolica 1623. in folio magno.

Constitutiones Religionis Militiæ Christianæ sub titulo Conceptionis B. Mariæ semper Virginis Immaculatæ, vbi sunt Bullæ erectionis prædictæ Militiæ. Romæ 1625. in 4.

Constitutiones, priuilegia, & Bullæ Monachorum Ordinis S. Basilij Cõgregationis Italiæ, impress. 1598. in 4.

Consultationes Canonicæ ex iure nouissimo Concilij Tridentini, recentiorumque Pontificarum Constitutionum depromptæ: Auctore Francisco Zypæo Protonotario Apostolico. Antuerpiæ 1640. in folio.

Controuersiæ inter Episcopos, & Regulares, & inter Regulares, & laicos &c. auctore D. Laurentio de Franchis. impress. Auinione 1632. in 4.

Copiæ Bullarum Summorum Pontificum in fauorem Mendicantium: compilatore R. P. Enbelgerto Ordinis Prædicatorum. Liber antiquus in 8. absque anno impress.

Deci-

D

DEcisiones fidei Catholicæ,& Apostolicæ ex Sanctorum, Scripturarum, Beatissimorum Romanorum Pontificum Diplomatum, Sanctorum Conciliorum fontibus,ac Sanctorum gestis deductæ, & in vno alphabetico ordine collectæ: auctore R. P. F. Paulo Grisaldo Perusino Ordinis Prædicatorum. Venetijs 1587.in 4.

Decisiones morales iuxta principia Theologica, & sacras atque ciuiles leges: Auctore Zaccharia Pasqualigij Veronen. Clerico Regulari. Veronæ 1641. in folio.

Decisiones morales status Religionis, atque de suis votis Monasticis. auctore R.P.Eusebio de Herrera Ordinis S.Augustini. lib. impress. Burgis 1623. in 8.

Decisiones Regulares, & Canonicæ. Vide supra verbo Compendium.

Decreta generalia ad Regularium reformationem, ac Nouitiorum receptionem, professionem, & institutionem expectantia. Romæ 1607.in 4.& Viterbij 1614.in 4.

Decretales Clementis VIII.Pont.Max.tomi duo: primus impress.Romæ 1593. & secundus 1596.in folio magno.

Decretalium libri ex iure Canonico, Clementinis, & Extrauagantibus &c. vbi sunt aliquæ Bullæ,Decreta Pontificia,& Conciliorum, pro nostra Seraphica Religione. Romæ 1582.& alibi sæpe.

Decreta particularia pro nostra Seraphica Religione, seorsim impressa in Typographia Camerali; quorum magnum numerum recollegimus in vno tomo.

Decreta & statuta Ordinis Minorum per R.P.Claudium Medullam, Ministrum Mediolanen. &c. in quibus sunt septemdecim Bullæ pro nostra Seraphica Religione. lib.impress.Mediolani 1582.in 4.

Decreta Vrbani VIII.Pont.Max.vt omnes Regulares Superiores,suos subditos persæpe commoneant &c.lib.impr.Romæ 1633.in 8.

Decretorum Apostolicæ Sedis, Conciliorum, Sacrarum Congregationum,& Patrum aurea catena: auctore R.P. Thoma Thomasonio Ord. Prædicatorum. impress.Romæ 1654.in 4.

Directorium inquisitorum,primo à Nicolao Aeymerico Ordinis Prædicatorum: deindè à Francisco de Pegna recognitum, & additis Bullis pro Inquisitoribus in communi, & Seraphicæ Religionis in particulari. Romæ 1578. in folio.

Discursus circa litteras Apostolicas in forma breuis, sub DD. Vrbano VIII. Pont.Maxim.Auctore Theodosio Rubeo. lib. impress. 1639.

Discursus duo Elucidarij priuilegiorum specialium Almæ Prouinciæ Franciæ strictioris Obseruantiæ &c. dati in lucem auctoritate Patrũ præfatæ Prouinciæ. impress.Rethmis 1646.in 8.

Disputatio de statu vitæ deligendo,& Religionis ingressu, quæstionibus

bus comprehensa: Auctore R. P. Leonardo Læsio Societatis Iesu. Antuerpiæ 1613. in 8.

Disputationes morales in tres Bullas Apostolicas &c. R.P.Ludouici à Cruce Lusitani Ordinis Minorum. Lugduni 1634.in 4.

Dissertatio Theologica, de renunciatione successionis, & dispositione bonorum, quam Religionum candidati faciunt &c. auctore Gasparo Lecchnero Societatis Iesu. Inglostadij 1623.in 4.

Dubia Regularia, atque etiam responsiones morales, R.P. Laurentij de Portel. impress. Lugduni 1630. & 1633. in 8. Regali.

Dubiorum Centuria: de regimine Regularium à D.Ioanne Francisco Graco. liber impress. Lugduni 1646.

Dux Fratrum Minorum, complectens Regulam cum aliquibus Bullis: Auctore R. P. Hieronymo Stanser Germano. Liber impr. Viennæ Austriæ 1621. in 12.

E

Ecloge Bullarum, & Motupropriorum à Pio IV. vsque ad Gregorium XIII. lib. impress. Lugduni 1582. in 8.

Elucidarium Terræ Sanctæ, vbi ipsius continentur priuilegia, & bullæ: auctore R.P.F.Francisco Quaresmi Ordinis Minorum, tomi duo: impress. Antuerpiæ 1639. in fol.

Enchiridion de censuris, irregularitatibus, & priuilegiatis: auctore D.Fœliciano Episcopo Schalensi, in cuius vltimo libro adducuntur omnia priuilegia Regularium, tam in communi, quàm in particulari. Inglostadij 1587. in 4.

Enchiridion, seu Manuale Fratrum Minorum, Regularia instituta eorundem Fratrum, necnon aliarum personarum Religiosarum sub Prælatorum dicti Ordinis regimine militantium commodissimè cõtinens &c. Hispali 1635. in 4.

Epistolarum Apostolicarum Pij V. Pont. Max. libri quinque. auctore D. Francisco Gaubau. impress. Antuerpiæ 1640. in 4.

Epistolæ decretales Summorum Pontificum tomi 3. istæ tamen cùm non perueniant ad nostram Religionem parum iuuant. impress. Romæ 1591. in folio.

Epitome Conciliorum tam Generalium, quam Prouincialium D. Simone Starouolscio Primicerio Tornacensi compilatore, impr. Romæ 1653. in fol.

Epitome Generalium Redemptionum, quæ à Fratribus Ordinis Sanctissimæ Trinitatis sunt factæ &c. vbi in tomo 2. seu additionibus ad prædictum Epitome, agitur de Apostolicis Indultis, diplomatibus, atque Pontificijs litteris. impress. Vlysipone 1623. in 4.

Epitome Regularum iuris Pontificij, seu Canonici, ex Decretalibus, & Sexto

& Sexto &c. ordine Alphabetico digestum. Auctore D.Georgio Viuieno. Coloniæ 1571. in 4.

Epitome status Religionis, & priuilegijs quibus à Summis Pontificibus est decoratus. Auctore R.P. Ioanne de la Cruz Dominicano. Venetijs 1620. in 8. & Toleti 1617. & Coloniæ Agripinæ 1619. in 4. regali.

Exemptio Regularium, tam ex iure antiquo, quam ex nouo. Auctore D.Francisco de Zespedes. lib. impress. Venetijs 1647. in 4.

Explicatio sanctarum Bullarum Cruciatæ, Defunctorum, & Compositionis pro Regnis Hispaniarum. Auctore D.Ioanne de Garnica. impress. Matriti 1578. in 8.

Expositio Bullæ Cruciatæ à R.P.Emanuele Roderico Hispanicè impress. Salmanticæ 1594. in 4. & Barchinone 1617. Italicè vero per D. Iulium Cæsarem Valentinum traducta. Venetijs 1610. in 4.

Expositio Laconica, Paraphrastica omnium Bullarum Summorum Pontificum &c. auctore R. P. Mauricio de Gregorio Dominicano. Neapoli 1648. in folio.

Expositio in omnes fermè Regulas SS. Basilij, Augustini, Benedicti, Francisci &c. auctore R.P.F. Thoma à Iesu Maria Carmelitano. impress. Antuerpiæ 1617. in fol.

F

Familiare Regularium in duas partes distributum; Fratris Antonij Palumbi de Campobasso, impress. Venetijs 1554. in 4.

Firmamentum trium Ordinum S.P.N. Francisci. liber antiquus, & impress. Parisijs 1512. sed Venetijs prodijt sub titulo Speculum, seu Firmamentum anno 1513. Aduertendum tamen, quod Speculum à nobis sæpe citatum est alterum; de quo littera S.

Flores Directorij Inquisitorum, collectæ à R.P.Aloysio Bariola Augustiniano Mediolanen. vbi aliquæ continentur Bullæ, & Decreta pro Inquisitoribus. Impress. Mediolani 1625. in 8.

Formularium litterarum Apostolicarum Marini de Ebulo M.S. quod extat in Bibliot. Vaticana.

Franciscus Suarius Societatis Iesu. De veritate, & statu Religionis, siue de Religione tomi 4. Lugduni 1630. in folio. & 1613. Item Venetijs 1609.

Fundamina, & Regulæ omnium Ordinum Monasticorum, & Militarium &c. auctore R. P. F. Prospero Stellario Ordinis S. Augustini. Duaci 1626. in 4.

Funiculus Triplex Religiosæ perfectionis, & obligationis &c. per R.P. F. Henricum Lanzelotum Ord. S. Augustini, impress. Maguntiæ 1622. in 12.

G

GRegorij Papæ Noni gesta quædam insigniora, à Gerardo Bosio cõscripta. Lib. impres. Romæ 1586. in qua adducuntur Bullę SS. Francisci, Antonij, & Elisabethę.

H

HIstoria Seraphicę Religionis à R.P. Henrico Sedulio laborata, & impress. Antuerpię 1613. in folio, adducit enim Bullas pro Canonizationibus Sanctorum Ordinis.

Historia Seraphica scripta à DD. Rodulpho Tosigniano Minorita, & Episcopo Senogalię. Venetijs 1586. in folio, adducit enim aliquas Bullas, licet paucas.

Historiarum Sanctissimę Virginis Deiparę del Populo, Almę Vrbis compendium: auctore R.P. Iacobo Alberício. Romę 1595. in 4. vbi aliquæ continentur Bullę, & indulgentię pro Sanctissima Conceptione Virginis Marię.

I

INdex Bullarum, Breuium, & Constitutionum Apostolicarum, Decretorum etiam quorumcumque Summorum Pontificum &c. quę extant in Typographia Camerali lib. impres. Romę 1627. in 12.

Indulta, & Priuilegia Pontificia Canonicorum Lateranensium. lib. impres. Mediolani 1606. in 4.

Institutionum Monasticarum secundum sacra Concilij Tridentini decreta, auctore R. P. F. Petro à S. Audomaro Benedictino. Colonię 1584. in 8.

Institutiones de Regularium Aristocracia. auctore D. Dominico Puerone Cremonensi, Congregationis S. Marię Montis Oliueti, tomi quatuor. impres. Florentię 1633. in 4.

Interpretatio cuiusdam Breuis Gregorij XV. Pont. Max. pro Reuerendiss. P. Generali Ordinis Minorum: auctore R. P. Paulo de Salazar Franciscano. impres. Salmanticę 1623. in 4.

Iuris Pontificij noui Annalitica narratio: auctore D. Francisco Zypęo, impres. Colonię 1641. in 4. regali, & ibi 1620. in 8. regali.

Ius Pontificium continens conclusiones, & absolutissimum indicem, ac summam omnium materiarum, quę exponuntur in textu, & glossis totius iuris Canonici, & in Concilio Tridentino, Regulis Cancellarię, & Bullis extrauagãtibus tomi duo. auctore D. Stephano Doyz. impres. Burdegale 1623. in folio.

Li-

L

LIbellus, seu opus reuisum de Conseruatorum auctoritate, à R.P. Philippo Secinara Ordinis Minorum. impres. Aquilę 1651. in 8.

Liber Bullarum Apostolicarum, Decretorum atque litterarum Pastoralium &c. impres. Italice Alexandrię 1620. in 8.

Libri tres Bullarum B. Ioannis de Capistrano M.S. quarum duo sunt in folio, alter vero in 4. & extant apud Procuratorem canonizationis ipsius, scilicet P. Hieronymum de S. Martino in Monte aureo.

Libri diuersi Typis mandati: pręcipue de Indulgentijs, Constitutionibus, & alijs materijs; in quibus aliquę reperiuntur Bullę, pro nostra Seraphica Religione, quorum magnam congessimus supellectilem.

Litterę Apostolicę, quibus institutio, confirmatio, varia priuilegia, & indulta Societatis Iesu declarantur. Romę 1606. & 1559. 1587. & 1625. & 1568. & 1578. semper in 8.

Lucas Castellanus Ordinis Prędicatorum. De electione, & confirmatione Pręlatorum quorumcumq; pręsertim Regularium. lib. impres. Romę 1625. in folio.

Lucerna Fratrum Minorum, cum expositione Bullę Eugenianę à R.P. Iacobo de Alcala elaborata in 4. caracteribus antiquis, absque loco, & anno impres.

Lucerna Regularium vtriusque sexus: auctore Ioanne Maria Nouario, impres. Venetijs 1643. in 4.

M

MAnipulus Fratrum Minorum, siue Occularia à R.P. Ioanne de Yuo, seu de Magistris. Liber impres. Parisijs 1582. in 8. in quo sunt aliquæ Bullę.

Manuale Pręlatorum à R.P. Ludouico de Miranda Ordinis Minorum elaboratum, tomi duo. Romę 1612. in 4. & Placentię 1616. in folio. Vidimus etiam tractatum de sacris Monialibus, & librum Ordinis iudiciarij.

Manuale Regularium à R.P. Francisco Pelizzario Societatis Iesu tomi duo. Venetijs 1622. & 1647. in fol. vna cum tractatu de Monialibus Bononiæ 1644. in 4.

Mare magnum Religiosorum à R.P. Ioanne Baptista de Lezana Ordinis Carmelitani elaboratum. impres. Romę 1640. in 4.

Minorica Elucidatiua rationalis separationis Fratrum Minorum de Obseruantia ab alijs Fratribus eiusdem Ordinis; in qua aliquæ Bullæ adducuntur. lib. impres. Parisijs 1499. In 12.

Minorica altera, quam in nostro Indiculo vocamus magnam, & in qua

plures continentur tractatus ad nostram Religionem expectantes, cum explicatione Regulæ, & aliquibus Bullis. impres. in 4. absque loco & anno.

Modus recipiendi legata perpetua in toto Ordine Seraphico, cum Bullis, decretis, & decisionibus Apostolicis: auctore R.P. Saluatore Cadana Franciscano: impres. 1641. in 4.

Monasticarum Disquisitionum liber, vbi Religiosorum ritus, & antiquitates variæ dilucidantur, præcipue Religionis S. Benedicti, sed incidenter multa adducit pro alijs Ordinibus: auctore R.P. Benedicto Haffteno Benedictino: tomi duo: impres. Antuerpiæ 1644. in folio.

Monumenta Ordinis Minorum, cuius prior editio anonyma prodijt anno 1510. secunda vero Salmanticæ anno 1511. in 4.

Monastycon, siue de iure Cœnobitarum. auctore D. Renato Choppino Andegauensi. Parisijs 1601. in folio.

Morales Commentarij in statuta, & constitutiones Ordinis Fratrum Minorum de Obseruantia per R.P.F. Sanctorum de Melfi. impres. Romæ 1643. in 4.

Mysticus Seraphim S. Bonauenturæ, pro Prælatis, & subditis Religiosis. auctore R.P. Ioanne Paulo Sons Societatis Iesu. Lib. impres. Barchinone 1622. in 4.

N

Naturæ prodigium, & gratiæ Portentum: auctore R.P.F. Petro de Alua & Astorga Ordinis Minorum Procuratore Generali Ordinis in hac Romana Curia. Liber pro S.P.N. Francisco impres. Matriti 1651. in folio. In quo tabula decima septima apparatus operis adducimus indicem quadraginta duarum Bullarum, pro indiuidua persona S.P.N. Francisci à diuersis Sum. Pontificibus expeditarum. Item quæ in isto indiculo vniuersali Bullarij Seraphici damus, & alia quæ parata habemus.

O

Occularia, siue Manipulus Fratrum Minorum, de quo vide supra lit. M. verbo Manipulus.

Opuscula S.P.N. Fráncisci à R.P.F. Luca Vuadingo disposita, & impres. Antuerpiæ 1623. in 4. in quibus sunt aliquæ Bullæ pro Seraphico P. N. Francisco, & Regulis ab ipso institutis.

Opuscula insigniora de omnium Ordinum, siue statuum institutione, prolapsione, & reformatione, &c. auctore D. Dionysio Richelme Carthusiano. impres. Coloniæ 1595. in folio.

Ordinum Militarium statuta, priuilegia atque Bullæ variæ, v. g. S. Ioannis Hierosolymitani impres. 1495. in folio. & 1586. & 1597. in 4.

Sancti

Sancti Iacobi 1559. Alcantaræ 1569. Calatrauæ 1568. Sancti Lazari Hierosolymitani. impref. Romæ 1567. omnes in folio. Et pro militia Constantiniana S. Georgij. Placentiæ 1626. in 4. & S. Stephani. Florentiæ 1620. in 4.

P

PArattitla in quinque libros Decretalium Gregorij IX. auctore Alexandro Chassanæo. Parisijs 1618. in 16. & Andrea Valensensi. Louanij 1632. in 4. regali tomi duo. & Anastasio Germano etiam tomi duo Romæ 1623.

Polonienfis Prouinciæ Chronologia, elaborata à R. P. F. Ludouico Zibascinij. M.S. apud nos, & habet quam plures Bullas.

Practica Criminalis canonica, seu breuis methodus criminaliter procedendi inter Regulares. Auctore R.P. Fräcisco Aretino Ordinis Minorum. Perusiæ 1609. in 8.

Praxis obseruanda in admittendis ad religionis studium Nouitijs. auct. R. P. Bartholomeo Becchio à Bononia Ord. S.P.N. Francisci. Foroliuij 1627. in 4.

Praxis Criminalis Canonica pro foro Ecclesiastico Regulari F. Marcellini Megallij Schilacensis Cler. Regul. Neapoli 1638. in 4.

Praxis Dispensationum ex solidissimo Romanæ Curiæ stylo &c. auctore D. Pyrro Corrado à Terranoua. Neapoli 1641. in folio.

Praxis moralis Theologiæ de casibus reseruatis. Auctore R.P.F. Petro Bellechio de Ancona Ordinis Minorum: sed in hoc ferè nihil pro nostro Bullario. impref. Venetijs 1627. in 4.

Prælatorum & aliorum Officialium Regularium potestas, & electio: auctore R.P.F. Sigismundo de Bononia Franciscano. impref. Mediolani 1626. in 4.

Priuilegia, auctoritates, & facultates fabricæ Basilicæ S. Petri de Vrbe, sunt enim hic aliquæ Bullæ pro Fratribus Minoribus, fuerunt enim primi coadiutores. Lib. impref. Romæ 1548. in 4

Priuilegia, Ceremoniæ, & mare magnum Ordinis S. Francisci de Paula. auctore Anonymo. lib. impref. anno 1528. in 12.

Priuilegia Congregationis S. Mariç de Alcouacia Ordinis Cisterciensis. lib. impref. Venetijs 1593. in 4.

Priuilegia; facultates & Indulgentiæ Venerabilis Archiconfraternitatis Confalonis à Sancto Bonauentura Ordinis Minorum institutæ. Romæ 1633. in 4.

Priuilegia Fratrum Discalceatorum B. Mariæ Virginis de Monte Carmelo. lib. impref. Romæ 1617. in 4.

Priuilegia Fratrum Mendicantium sacri Ordinis Obseruantiæ D. Hieronymi. liber antiquus impref. 1520. in 4.

Priuilegia, & Indulgentiæ Fratrum Minorum per D. Marcum Acolitum

Au-

Auditorem Apostolicæ Curiæ. lib. impres. Venetijs 1508. in 8.

Priuilegia, & Bullæ Ordinis S.P.N. Dominici. auctore R.P.F. Stephano Vsusmaris. impres. Genuæ 1555. in 4.

Priuilegia quorundam Summorum Pontificum Congregationi Cælestinorum concessa. lib. imp. Romæ 1627. in 4.

Priuilegia Regularium; auctore R.P. Brunone Castaing. liber semel, & iterum impres. Parisijs 1652. in folio.

Priuilegia Religiosorum in compendium redacta, auctore Archangelo Romano. Romæ 1648. in 8.

Priuilegia sacro Ordini Minimorum S. Francisci de Paula, à Summis Pontificibus concessa. auctore R.P.F. Laurentio de Peyrinis, primo in tres tomos impres. Ianuæ 1627. & 1635. in 4. & Placentiæ 1639. & Venetijs 1643. in folio.

Priuilegia eiusdem Ordinis Minimorũ. auctore R.P.F. Gasparo Passarello. impres. Venetijs 1596. in 4. vbi plures sunt bullæ pro nostra Religione.

Priuilegia, & statuta Venerabilis, & Seraphicæ Archiconfraternitatis sacrorũ Stigmatũ S. P.N. Francisci, Italice impres. Romæ 1605. in 4.

Priuilegia Religiosorum, & non Religiosorum libri tres. auctore R.P. Archangelo Romano Benedictino. Venetijs 1644. in 4.

Priuilegia vniuerso Ordini Heremitarum S. Augustini concessa, Liber Anonymus, & impres. in 4. & extat in Bibliot. S. Isidori, in quo ponuntur Bullæ, & priuilegia Fratrum Minorum à fol. 83. vsque ad 93.

Priuilegiorum Fratrum Mendicantium declaratio, & defensorium, à R.P.F. Engelberto Cultificis ordinis Prædicatorum, liber antiquus impres. in 4. absque loco, & anno impres.

Priuilegiorum omnium Fratrum Minorum de Obseruantia, Monialiũque S. Claræ, necnon Fratrum de Pœnitentia confirmatio, &c. lib. impres. Romæ 1535. in 4.

Paupertas Religiosa: auctore R.P. Ioanne Hieronymo Zanedo Ord. Prędicatorum. Hispanicè impres. Cæsaraugustæ 1617. in 4.

Pontificiæ Constitutiones, ac Decreta ad Seraphicam Religionem spectantia, iussu Reuerendiss. P. Ioannis à Neapoli generalis Ministri. lib. impres. Venetijs 1648. in 4.

Q

QVæstionarium Theologicum pro explicatione S. Bullæ Cruciatæ. auctore D. Sebastiano à Costa de Andrada Vlysiponensi. impres. Eboræ 1606. in 4.

Quæstiones aliquot, & regulæ nonnullæ; præcipue ad Regulares spectantes. auctore R.P. Constantio Lodio Ordinis S. Augustini. impres. Alexandriæ 1593. in 12.

Quæ-

Quæstiones Regulares R.P.F. Emanuelis Roderici, & quæ multum præstant pro intelligentia Bullarij. liber sæpe impres.

Quæstiones selectæ Regulares: à R.P.F. Leandro de Murcia Ordinis S.P. N. Francisci elaboratæ: impres. Matriti 1645. in fol.

Quinta Compilatio Epistolarum Decretalium Honorij Tertij Pont. Max. studio Innocentij Sironis Canonici Tolosani, impres. ibidem 1645. in folio.

R

RAtionale iuris Pontificij. Auctore Ioanne Baptista Viuiano Vrbinate Presbitero: tomi quatuor. Romæ 1617. in 4.

Reductorium Hierosolimitanum, in quo breuiter recensentur indulgentiæ, & priuilegia Terræ sanctæ; à R. P. Iosepho de Brunis. Venetijs 1616. in 8.

Reformatio Ordinis Camaldulensis cum gratijs, & priuilegijs à Leone Decimo Pont. Max. nuperrime concessis, est lib. impres. Florentiæ 1503. in 4.

Reformatio Regularium, seu de disciplina Religiosorum; Auctore R. P. Ioanne Baptista Lezana Romæ 1646. in 4.

Regestum antiquum Ordinis Minorum, & sunt tomi duo. Alterum Vltramontanæ familiæ, alterum Cismontanæ, & incipiunt à Leone X. idest à diuisione Obseruantiæ.

Regestum Curiæ Cismontanum apud R. P. F. Fulgentium de Megliorucio Commissarium, & sunt codices septem M.S.

Regestrum familiæ Vltramontanæ existens apud R. P. F. Iulianum Perez Procuratorem Generalem Ordinis, & sunt libri septem, quorum vnus extat in Archiuio S. Iacobi Hispanorum de Vrbe, quem etiam vidimus; Nunc verò sunt apud nos.

Regestrum R. P. F. Vvaddingi extractum à Vaticano Archiuio, & sunt libri decem, & octo Manusc. vsque ad Iulium Secundum.

Regestrum Strictioris Obseruantiæ, apud R. P. Innocentium à Papia Procuratorem, & est in S. Francisco Transtyberim, alias de Ripa.

